

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. XVI. Series partium [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

Series partium novivias, & eius
explorandæ ratio

CAP. XVI.

QVibus ex partibus, & qua ratio-
ne hinc atq; inde fiat diuina *noviua*
via quantum satis est expositum esse
arbitror, nūc pauca de eius dījudican-
dæ ratione adducere institui. Omnes
partes ad ordines duos reuocandas,
& singulas singulis componēdas ef-
se iudico, ad hanc ferè formam.

1.	2.	3.	4.	
Deus.	Christus.	Spiritus.	Ministerium	Ordo no-
Natu- ræ ordo.				stri respe- ctū.
	Corpus.	Anima.	Fides.	
	4.	3.	2.	1.

Habet utraq; series gradus quosdā,
qui si attentè considerent, nō parum
lucis isti adferent argumēto. Possunt
autem considerari dupliciter, hoc est
à dextra in leuam, aut cōtrā. Non pu-
debit me huic rei accōmodare quod
Aristoteles de docendī discendīque
ordine

ordine differens, sepe dicere solet, nē
 pe esse alia nature seu simpliciter prio
 ra atq; notiora: alia uerò esse nostri re
 spectu & priora & notiora. Hoc ego
 Philosophi iudicium Apostolicis præ
 ceptionibus prorsus consentaneū es
 se uideo, atq; ideo sequendum in hoc
 argumento censeo. Quoties pius ani
 mus cupit atq; uult (quod cupere &
 uelle sæpenumero debet) sese seu ten
 tare seu explorare, ut Paulus facere
 Corinthios seriò monuit, hoc est ex
 periri quantum pietas, non sinit tan
 tum, sed etiam iubet, an in fide sit, an
 Iesus Christus in ipso habitet, & uicis
 sim ipse in Christo: siue, ut in argumē
 to nostro perstemus, an sit ipsi aliqua
 cum Deo *id: uouia*, consultissimum est
 ut ab his quæ nobis propiora, ac no
 tiora sunt, exordiat & uelut retrogra
 do incessu sursum conscendat, hoc est
 ut à ministerio & fide, Spiritusq; san
 cti testimonio, quod in se, quisquis
 pius est, sentit, audit, experitur, initi
 um

1. Cor. 11.
 2. Cor. 13.

um ducat: nō autem à diuina electio-
 ne, qui supremus est gradus. Est enim
 periculosa ea ratio, & uia omnino lu-
 brica. nam qui hinc orditur, uelut in
 splendidissimam lucem oculos con-
 uertit: estq; metuendum ne subito à
 ui splendoris oculorum acies obtun-
 datur, aut prorsus frangatur. Ferè his
 qui eam uia ingredi tētant accidit, qd
 ijs qui scandere per inaccessas rupes,
 aut per præcipitia loca iter instituere
 audēt. Quid aut ferè fit, nisi ut quāto
 altius fuerint progressi, impetu tanto
 maiore ac grauiore ruant præcipites:
 at ea, quā dixi uia, nimirum à gra-
 du infimo sursum uersus ferri, certissi-
 ma tutissimaq; ratio est: quam Paul-
 us et ostēdit et tradit Rom. 8. In animi
 sui penetralia se quisq; primū reci-
 piat, attenteq; auscultet, num spiritus
 S. uocē testificantē de adoptione di-
 uina intra se audiat: num impellat ad
 edendam uocem fiducia conceptæ
 testem, **Abba ô pater, Si suspiria & ge-
 mitus**

mītus desiderio hæreditatis promissæ, atq; patriæ cœlestis pariat: Si odium carnis in generat, & eius castigandæ desiderium accendit: si eum uelut ducem sequitur, & in se eum operari sinit, ita ut in ipso ac per ipsum profert fructus, quos enumerat Apostolus Epist. ad Gal. cap. 5. Hæc & huius generis alia, qui in se comperit, non illa quidem omnibus numeris absoluta, uerum earum initia quædam licet tenuia, nō est quod desperet, imō si uota & desideria istarum rerum nō desint, nō deest etiam bene sperandi materia. Sunt em̄ istius generis om̄ia spiritus S. neq; obscura, neq; dubia sigilla, & uerò præsentia ipsius & uariæ in ita *τεκμήρια*, certaq; indicia. Nam isti effectus à suo authore, seu riui à suo fonte, diuulsi esse nequeūt: nō secus atq; spiritus Christi ab eo nullo modo ualet disiungi, ut hic rursus patri diuulsi adest. Quare cū Christus et qui se diligeret, mandataq; ipsius serua

*Indissolubi
 his coniun-
 ctio partiū
 leuocari.*

Leuocari. 14.

serua
 ret, simi
 milit. Na
 cam) co
 unus ad
 tur omni
 am alij. I
 & pulch
 iterum n
 patrem c
 recitat. A
 rioris ad
 lus ipsis
 nostri le
 & spiriti
 nes hic
 quod ip
 mus, or
 to. Na
 precatu
 re deb
 aditus
 tas inn
 ut ad R

feruaret, hospitem se fore promitte-
 ret, simul & patrem adfuturum pro-
 misit. Nam uelut catenatim (ut sic di-
 cam) coadunati colligatiq; sunt: neq;
 unus admitti potest, quin admittan-
 tur omnes: uno excluso, abeunt eti-
 am alij. Indiuidua ista societas & fusc
 & pulchrè descripta est, ut semel atq;
 iterum monuimus, in illa Christi ad
 patrem oratione quam Iohan. cap. 17.
 recitat. Accedit illa perelegans poste-
 rioris ad Corin. Epist. conclusio. Pau-
 lus ipsis precatur gratiam Domini
 nostri Iesu Christi, charitatem Dei,
 & spiritus S. cōmunicationem. Om-
 nes hic enumerari partes, ac singulis,
 quod ipsis est proprium, tribui audi-
 mus, ordine tamen utcunq; immuta-
 to. Nam Christi gratiam principio
 precatur, & ea sane primùm occurre-
 re debet, quòd per eam ad patrem
 aditus pateat, patrisq; erga nos chari-
 tas innotescat: quæ etiam per spiritū,
 ut ad Rom. cap. 5. scribit idem Apосто-
 lus,

lus, diffunditur, ingeritur, ob signatur
 in cordibus nostris. Porrò ut spiritus
 sine Christo atq; patre nusquam habe
 tur, & secum utrunq; ut ita loquar, in
 fert: ita is sine fide recipi nequit, ut rur
 sum sine hac Deo placet nemo. Hæc
 itaq; spiritum S. in animum inducit,
 & hîc Christum infert. ac ideo Apo
 stolus scribit, Christum habitare in
 cordibus nostris per fidem: quæ si nõ
 adsit, *χωρις* nulla esse poterit. Est au
 tem inter fidem & spiritus S. ambi
 tus quidam, qualis esse cognoscitur
 inter naturales quasdam causas & sus
 os effectus. Nam S. spiritus in animos
 nostros illapsus, fidem mirando quo
 dam modo ingenerat, & uelut sent.
 hæc ipsum uicissim arripit, amplecti
 tur, retinet: atq; ea auget, is quo
 que auctior quodammodo fit, & cu
 mulatiora impartitur beneficia. Mul
 ta habet Paulus Rom. s. huc pertinen
 tia: illud uerò nominatim, quòd per
 spiritum Christi in pijs inhabitarem,
 ipsum

Heb. 11.
 Ephes. 2.

ipsum
 testific
 forum
 do res
 tretur
 num A
 comme
 inquit
 solum C
 Christu
 ut p
 Christu
 na trin
 adest. In
 heret ip
 qua on
 doctrin
 nem a
 Christu
 trem e
 diuelli

ipsum Christum in eisdem esse clarè
 testificatur: indeq̄ conficit fore ut ip-
 forum mortalia corpora uitæ aliquan-
 do restituantur. Porrò ne quis arbi-
 tretur sensum me affingere peregrini-
 um Apostoli uerbis, Chrysofomî
 commentationem attexam. *Ostendit*
(inquit) quòd is qui spiritum habet, non
solum Christi appelletur, sed & ipsum
Christum habeat. Non enim potest esse,
ut presente spiritu, non adsit simul &
Christus. ubicunq; siquidem adfuerit u-
na trinitatis hypostasis, illic & spiritus
adest. Inseparabiliter quippe sibipsi co-
hæret ipsa trinitas. Apparet ex his,
 quæ omnia petita sunt ex Apostolica
 doctrina, firmissimam fieri gradatio-
 nem à fide in spiritum S. ut ab hoc, ad
 Christum: rursumq̄ à Christo ad pa-
 trem conscendi. Neque gradus isti
 diuelli à se inuicem possunt, quin tota

k Chri

Christiana doctrina dissoluatur. Ergo *ἡ ζωὴ* nulla cum Christo esse poterit, his qui fide & spiritu sunt destituti. Apparet etiam quàm fit uerum quod Apostolus tanta cum asseueratione pronunciat Corinthiis scribēs,
 1. Cor. 10. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ demoniorum. Si de externo potu, qui ore corporeo sumitur, ageret, quid uetabat quo minus idem hauriret utrumq;? sed de uera, plenaq; *ἡ ζωὴ* ipsum loqui, res etiam ipsa loquitur.

Ministerij ad hominem analogia.

CAP. XVII.

IN superiore descriptione seposui Ministerium ab aliarū partium ordine, ita ut medium uelut locum teneat inter spiritum S. & fidem: id qd à me certo factum est cōsilio: ut qui intelligam hoc ab illis in ista cōiunctionis ratione plurimum differre, Equidem